



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 57. Singularis Franciæ Regis pietas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1583.

celebratur, ubi a Cæsar, & Septemvirorum, necnon Ludovici Wirtembergici Ducis Oratoribus de novo Calendario agebatur, ubi post acres utrinque contentiones res ad arma spectare videbatur, sed tandem Ducis Wittembergici vicini, atque Augustanis foederati, necnon Ulmensis Senatus Legati intercessere, eorumque ope ita res composita est, ut abolita utrinque præteriorum memoria, & salva Religionis pace Calendarium ab utraque parte ad vitanda commercii publici incommoda reciperetur: ne vero exinde præjudicium caussæ Protestantium fieret, licet eorum Pastoribus ex suggestu solemnem protestationem prælegere, quod in Evangelii doctrina, quam hactenus professi essent, nihil propterea mutare vellent, aut porro mutaturi essent, nec, ut Pontifici Romano, sed ut Cæsareæ Majestati, & civili Magistratui obtemperarent, Calendarium se cum aliis civibus in eadem urbe servaturos esse testabantur.

### §. LVII.

#### *Singularis Franciæ Regis pietas.*

*Thuan. l. 79.* *C*eterum Henricus III. Galliarum Rex  
*Spond. n. 10.* hoc item anno insolita suæ pietatis  
*Journal de* exercitia aucto fervore prosequebatur,  
*Henrici III.* ut apparenti hac Religionis specie sub-  
*t. I. p. 59.* ditorum

ditorum venerationem sibi conciliaret: **Sæcul.XVI.**  
 hanc in rem Parisiis Flagellantum So- **A.C.1583.**  
 dalitatem instituit, ipsusque istorum  
 conventui unacum omnibus Nobilibus  
 interfuit: primam vero supplicationem  
 die vigesima quinta Martii in festo Beatæ  
 Virginis annuntiatæ celebravit: cum  
 vero quidam celebris Theologus no-  
 mine Petrus Poncetus ex suggestu ad-  
 versus hæc pietatis studia liberius de-  
 clamaret, atque in eos tanquam Hypo-  
 critas, qui sub pietatis larva vitia sua vela-  
 re satagerent, vehementius insurgeter,  
 exilio multatus Melodunum ad Abba-  
 tiam sancti Petri, ubi professus erat, rele-  
 gatus est: præterea ea nocte, quæ Pa-  
 rasceves diem præcedebat, seu septi-  
 ma Aprilis eadem supplicatio accensis  
 facibus denuo instituta est, cui etiam  
 Rex interfuit, ac nonnulli ex carissi-  
 mis Regis clientibus feso flagris cruen-  
 tabant, ubi Georgius Joyousa Sandi-  
 zierus Annæi Joyouſæ Frater, cum nu-  
 dipes incederet, morbum contraxit, quo  
 etiam mortuus est.

§. LVIII.

*Rosarii libri in Guisorum favorem  
 scripti.*

**S**ub idem ferme tempus Franciscus *Journal.l.c.*  
 Rosarius Tullenſis Archidiaconus *pag. 62.*  
 jussu Regis in eadem urbe comprehen-  
 debatur,